



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Ferrariam venit. 70

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

rieque proximè fatiscentem. Eæ
simul omnes in altum euectæ, ac
secundis ventis in Vesperum vsæ.
Inde cœlum omne turbari, & na-
ues atrocibus procellis concussæ,
longè diuersissima euenta sortiri.
Turcica fluctibus decumanis ex-
pugnata, & immani aquarum
vortice cum omnibus vectoribus
hausta, momento subfidit. Mi-
tius in Venetam sæuitum est: Ea
iuxta Cyprum euersa quidem la-
befactaque pessum ijt: sed inco-
lumem tamen turbam exposuit.
69 Solus, quo IGNATIVS ve-
hebatur, lembus inter insanæ
tempestatis turbines euasit, ac
medio circiter Ianuario an-
ni cio. 15. xxiv. saluis omni-
bus portum tenuit. Verùm
vix pauculos dies Venetijs
moratus, repetere terram Hispa-
niam constituit. 70 Cui rei nu-
mis aliquam multis in stipe ac
C 4 panni

panni tela, quę stomacho fouendo esset, accepit (nam à frigore, longaque nuditate vexatus, pridem laborabat) Ferrariam urbem Italiae proficiscitur : vbi super alios alij pauperes incidere, & stipem de more flagitantes, breui omni ea, quam dixi, pecunia exuere. Ipse dein' templo egressus, ostiatim per urbem cibarium panem emedicauit. 71 Post ire Genuam volens, non potuit quin à militum Hispanorum praesidijs conspectus, & pro exploratore primum comprehensus indignissime mulctaretur: tum stulti vicem traductus, pugnis calcibusque non perfunctorie concideretur. Quae verò ille conuitia hilaris ferre perseuerauit. 72 Sed Galli, quibus ea tempestate bellum cum Hispanis acre erat, eundem nacti, longè liberalius dimiserunt : gens iterato in IGNA-

TIVM